

# Textus Sphere

Actatum de sphaera quattuor capitulis distinguimus. Dicitur  
primo quid sit sphaera: Quid sit eius centrum. Quid axis sphaerae  
Quid polus mundi Quot sunt sphaerae et que sit forma mundi.

In secundo de decem circulis ex quibus haec sphaera materialis componitur. et illa super  
celestis que per istam imaginatur vel componi intelligitur. In tertio de ortu et  
occasu signorum et de diversitate dierum et noctium et de divisione climatum. In  
quarto de circulis et motibus planetarum et de causis eclipsium. ¶ Sphaera  
igitur ab Euclide sic describitur. Sphaera est transitus circumferentiae dimidii circuli  
que quotiens fita diametro quousque ad locum suum redeat circum ducitur Id est  
sphaera est corpus rotundum et solidum quod describitur ab arcu semicirculi circum  
ducto: Sphaera igitur a Theodosio sic describitur Est corpus solidum una  
superficie contextum in cuius medio est punctus. a quo omnes lineae ductae  
ad circumferentiam sunt aequales:

¶ Antequam intellectus harum definitionum agrediamur / supponenda sunt quaedam  
principia geometrica Circulus est: ut dicitur primo Euclidis: figura plana una  
linea contexta / que circumferentia nominatur in medio cuius est punctus / a quo  
omnes lineae recte ad circumferentiam exeuntes sibi invicem sunt aequales Punctus medi  
us dicitur centrum circuli. Diameter circuli est linea recta que super eius centrum  
transiens extremitatesque suas circumferentiae applicans circulum in duo me-  
dia dividit Et dicitur a dia quod est duo et metros mensura quasi duo met  
surans. hoc est duas extremitates aequales circumferentiae / seu polum arcti  
cum et polum antarcticum. Arcus est portio circumferentiae cum sua chorde  
et angulus portionis / dicitur quem chorda cum arcu constituit Unde  
omnis linea extra centrum circuli in eundem cadens vocatur chorda arcus  
causa est quia circulus sine eam non mensuratur per equalia. ¶ Pro in  
tellectu prime definitionis: que est ipsius Euclidis in undecimo libro ele  
mentorum ponamus argillam mundam ad modum corporis cubici dispo  
sitam / applicemus chordam ferream per medium / et adiungemus lami  
nam semicircularem ferream ita tamen / quod chorda cum lamina semicirculari  
ei circumvolvatur possit et stante corpore solido. Lamina semicircularis in eo  
existens circumducatur et aperiatur tunc inveniatur corpus sphaericum rotun  
dum et solidum ex arcu laminae semicircularis ferreae circumducte procreatum  
potest etiam reddere corpus cylindricum hoc est semicirculum cum quadrato si prima vi  
ce statueret corpus solidum nam corpora solida a plano ordinata debent esse ma

Quod dicitur  
quod dicitur  
et dicitur  
et dicitur

Sphaera  
quod